



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Item quo tempore baptismus fieri debeat. v.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

gustis, in timore naufragij, nullo tempore hoc veræ salutis  
singulare præsidium cuiquam denegemus.

*Quo tempore baptisma celebrandum sit, & vt qui ba-  
ptizantur non infideles sed fideles inueniantur.*

*Caput III.*

*Ex decr. Victoris papæ, fra-  
tribus per Alexan-  
driam con-  
stitutis, cap. 2.* **I**N paschali verò tempore & Pentecoste baptisma ce-  
lebrandum est catholicum, sed tamen si necesse fuerit, in  
mortalis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes  
quoquo loco, vel momento, vbicunq; euenerit, siue in ter-  
ra, siue in mari, siue in fontibus tantum Christianæ con-  
fessione credulitatis clarificata baptizantur. Ipsi quoque, qui  
in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum,  
ut infideles sed fideles inueniantur. Ipsi verò qui infideles  
nota asperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles  
minimè reputantur.

*De duobus temporibus baptismatis.*

*Caput IIII.*

*Ex decr. Gelasii papæ, c. 10* **B**aptizandi sibi quicquam passim quocunque tempo-  
re nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festi-  
& Pentecostes venerabile sacramentum, excepto dumtaxat  
grauissimi languoris incurfu, in quo verendum est,  
morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortiter  
agrotans exitio præuentus abscedat.

*Item quo tempore baptismus fieri debeat. Cap. V.*

*Ex decr. Syrici papæ, ca. 2.* **S**equitur de diuersis baptizandorum, prout vnicuique  
libitum fuerit, improbabilis & emendanda consuetudo  
quæ à nostris sacerdotibus, quòd commoti dicuntur,  
non ratione autoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur,  
vt passim ac liberè natalitijs Christi, seu apparitionis,  
necnon & apostolorum, seu martyrum festiuitatibus innumeræ,  
vt asseris, plebes baptismi mysterium celebrant, & sequantur,  
cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes Ecclesias,  
dominicum specialiter cum Pentecoste suo Pascha defendat.

*De eadem re. Cap. VI.*

*Ex cõcil. apud Cõpendium, cap. 3.* **V**T extra statuta tempora canonum, id est, in Pascha  
& Pentecoste, baptisma non celebretur: quia factum non  
nonnes hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum imminerit,  
fieri prohibent, intantum vt etiam eos qui alio tempore